



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn


**Allocutiones Sacræ, S^vp^r Evangelia Dominicarvm totius
anni**

Jahoda, Johann

Pragæ, [ca. 1659]

Serenissimo Principi Carolo Josepho, Archidvci Avstriæ, &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51496](#)



SERENISSIMO
PRINCIPI
CAROLO
JOSEPHO,
ARCHIDVCI AVSTRIÆ, &c.

Iber hic, cùm eum ad Te
SERENISSIME ARCHIDVX,
destinaret Autor P. Iohannes Ia-
boda, è Societate IESV, restitare
cœpit, ac trepidare ; causatus
in Augusta illa Domo, quæ solos Magnos nu-
merat, sibi pusillo locum non fore. Videri à se
FERDINANDOS (Avum, Patrem, Fratrém-
que Tuum) tanta nomina, quæ numina voca-
ret prisca gentilitas. Videri à se LEOPOLDOS,
(Cæsarem & Archiducem; Fratrem & Patru-
(†) 2 um)

um) quibus Te reliquit Mater Tua L E O P O L -
D I N A , ut inter ipsos velut geminos L E O N E S
incedens L E V N C V L V s , fieres quoque illorum
similis LEO . Videri à se Temetipsum, ætate
sicet minorenem , animo tamen non minùs
atque nomine C A R O L V M , id est Magnis pa-
rem , qui Pallados togatæ armatæque studijs
ad eam virtutis magnitudinem virili planè pas-
su contendis , quam in Austriacis PRINCIPIBVS
venerabundus Orbis hucusque suspexit , &
etiamnum suspicit ..

Sed cùm attentiùs circumspectando simul
in Te videret J O S E P H V M , mox animosior fa-
ctus , non dubitavit intima Tua pulsare adyta,
quòd videret tantum comitatis esse in JOSEPHO ,
quantum majestatis in C A R O L O . Et ne
incomitatus ad Te intraret , nos pusillum M A-
R I Æ nascentis gregem excivit , qui eum Tibi , ve-
luti sui nuper Præsidis partum in strenam dica-
remus , certi nulli melius Allocutiones ad Studio-
sam Iuventutem deberi , quàm PRINCIPI JU-
VENTUTIS . Patieris hos , tametsi agre-
stes , Eloquentiæ sacræ flores à Serenitate Tua
sere-

Serenari, siquidem omnia SOLIS habes, quem
DVPL O SOLE, veluti suam pupillam, geminus
ambit LEOPOLDVS. (a)

a LEOPOL-
DVS
ana-
gramma
DVPL O
SOLE.

Et sicut Sol citra domesticæ lucis dispen-
dium etiam dissita, citra magnitudinis præju-
dicium etiam minima irradiat; ita Tu SERE-
NISSIME ARCHIDVX gratiæ radios ad nos
usque reflectendo, nihil de nativo splendore
& magnitudine imminues: imò Solem illum
divinum æmulaberis, qui posteaquam *exulta-*
vit ut Gigas ad currēdam viam, (b) ad parvu-
los nihilominus respexit: *finitè*, inquiens,
parvulos venire ad me. (c)

b Psal. 18.6.

c Mat. 18.

14.

Quòd si cum Menandro Solem *commune*
licet vocare *hospitium*, quidni & JOSEPHVM?
Semper enim hactenus JOSEPHI Nutritios
egere; nec in eorum Domo ullo unquam
tempore *Panis* defuit. Abundat præ ceteris
Pane, SERENISSIMA DOMVS Tua, de qua meri-
tò dici potest: *pinguis est panis ejus, * præbebit*
delicias Regibus. (d) Sed JOSEPHVM ante
Tenon habuit, nisi fortè idem sit de Domo
Austria-

* Euchari-
stia.

d Gen. 49.
20.

Austriaca, ac de Domo Josephina esse. Pri-
mus hoc nomen sorte felicissima sortitus es ;
quod si non Primum , certè Tibi manebit Se-
cundum , dum uti semper Magnus dicēris CA-
<sup>Gen. 49.
22.</sup> ROLVS; ita *Filius accrescens JOSEPH.* (e)

Hoc vovet.

**SERENITATI
TVÆ**

Eternūm devota

**Sodalitas Minor Divæ Vir-
ginis Nascentis Pragæ in Col-
legio Societatis I E S V, ad S.
Clementem.**